

per la Signoria zerca le differentie, et dil debito di 150 milia ducati desiderava fusse servito di qualche parte per aiutar so fratello in tanto bisogno. Essi oratori seusiono la Signoria non aver danari, e in le gran spexe la si trova etc., *ut in litteris*. Sua Maestà disse: Scrivè pur a la Signoria. Hanno aviso per bona via il pontefice aver scritto per inanimar Cesare a la defension di la Religion cristiana et ofertoli con li reverendissimi cardinali scudi 270 milia, et Soa Maestà si mostra molto calda a la impresa. Ha ordinato haver 100 mila persone e pagarle per mexi 4, dicendo se'l Turco venisse ad assaltarlo vol ritrovarse a li confini del Stato suo e non lasarlo mai fin che uno di loro sii vincitor, e superando l'inimico acquirerà oltra il merito dil combatter per la fede et stato et gloria a sè et alli posteri soi, et morendo guadagnerà almeno l'anima sua et la gloria del regno celeste. È gionta qui la serenissima regina de Romani, e de li principi, oltra alcuni episcopi, il duca Zorzi di Saxonia et il conte Otto Enrico palatino nepote di lo elector, et di altri principi si aspettano di giorno in giorno. L'imperator è ussito questa matina alla messa nella chiesa maiore, accompagnato dal re di Romani, cardinali Salzpurges e Tridentino e altri prineipi che si trovano ora in questa terra. Poi pranzo è cavalcata per la terra e un poco di fora a spasso, sichè pare che di la gamba si senta hora assai bene. Si spera presto sarà in la pristina sua sanità.

Tenuta fin 25 per la solennità del giorno di heri, che non fu espedi la posta.

6 *Exemplum litterarum domini Hironimi Lasci oratoris Regis Joannis ad principes Germaniae.*

Illustrissimi principes et domini mihi colendissimi.

Servitiorum meorum commendationem . . . . .

Serenissimus Princeps et dominus Johannes Hungariae rex dominus meus elementissimus, postquam multa fecisset et operatus esset, quo posset habere pacem et quietem cum hoc adversario suo serenissimo Ferdinando Rege, et nihil potuisset ab eo consequi propterea me nunc tamquam oratorem suum Romani imperii statum et principes quos credebat Maestas mei regis in hac publica Spirae dicta futuros, quam Caesarea Maestas indixerat, sed ipse, ut sciunt illustrissimae Dominationes Vestrae, in cassum fuit indicta, quod valde miror quibus sinistris fatis ita inconsulte de rebus quae ad statum

publicum, immo ad salutem totius orbis terrarum pertineant deliberetur. Quare necesse fuit mihi praesentes meas litteras ad illustrissimas Dominationes Vestras dare tamquam ad Cristianos Principes et bonos amicos Serenissimi Regis mei, maxime cum ipsemet non possum venire in persona ad salutandum illustrissimas Dominationes Vestras et cum illis tractandum ea quae mihi Maestas sua in mandatis enixe iniunxerat. Et hoc quia Serenissimus Romanorum rex Ferdinandus me non permitit cum aliis principibus quicumque agere quam cum eo vel fratre suo alioquin non vult ut salvus conductus suus valeat. Praeterea quum iam mensis agatur quod hic sum et adhuc nihil sciam in quo statu sint negocia Serenissimi regis mei, statui hinc discedere, sed prius haec quae infra sequuntur ad illustrissimas Dominationes vestras scribere, quae etiam omnia publice coram omnibus principibus dicturus eram.

Missus sum immo ante alios collegas meos praemissus a Serenissimo Rege meo Joanne ad Sacratissimam Caesarem Maestatem et ad vestras Reverendissimas, Illustrissimas, et Magnificas Dominationes. Volui igitur etiam ante aliorum adventum pauca in hoc vestro clarissimi et incliti Principis frequentissimo et amplissimo consessu verba facere. Non credat aut quisquam me tale aliquid dicturum quod aures cuiuscumque possit iure offendere. Non enim veni ad contendendum vel insimulandum quemquam vel ad seminandum odium; sed ad quaerendum amorem et concordiam, neque princeps meus quicquid de eo fortasse predicatus est alterius naturae nisi quod nullum velit nocere omnibus quaerat prodesse etiam inimicis, quod licet sine iure sive iniuria. Nam de hoc nunc non disputamus, multis casibus agitatus, infinitis calamitatibus affectus, nunquam tamen destitit ab ea hora qua regnum suscepit usque in praesentem diem quaerere pacem cum adversariis. Testatur hoc prima legatio ipsius Viennam missa, testatur secunda tunc etiam ad conventum eius temporis huius Sacri Romani Imperii, et eodem tempore ad Sacratissimam Caesarem Maestatem, usque in Hispanias missa quidem sed ire prohibita et per Serenissimum Ferdinandum Regem retenta, testantur Olmicensis, Petrus comensis, et postremo Posnamensis conventus, qui etiam inducias istas primum trimestres, deinde annuas hac sola de causa quaesivit, ut liberius posset de concordia tractare, idque medio potissimum vestrarum Illustrissimarum Magnificarum Dominationum quarum amorem et benevolentiam